



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 112. Bessarionis oratio in hac Sessione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV.
A.C. 1438.

tropolitans adjungebantur Theodorus Xanthopulus magnus Scevophylax, seu vassorum, & sacræ suppellectilis in Ecclesia S. Sophiæ custos; Michael Balsamon magnus Bibliothecarius ejusdem Ecclesiæ; necnon Georgius Gemistius, Vir per totam Græciam doctrinæ fama celebratissimus. In utriusque confidentium ordinis medio parvum collocabatur scabellum Nicolao Sagundino seu Secundino ex Insula Eubæensi destinatum. Andreas a S. Cruce solius Cardinalis Juliani mentionem facit, existimans, Cardinalem S. Crucis inter concertantes non fuisse recensitum, cum non nisi sex Viros hinc inde ad disputandum vocandos esse decretum fuisset. Secundinus interfuit tanquam interpretis ea, quæ utrinque Græco idiomate proferrentur, latine redditurus. Vir erat utraque lingua disertissimus, ac disputantium verba, atque sententias tum Græce, tum latine prolatas mira celeritate ultro citroque non fidelius, quam elegantius reddidit.

§. CXII.

Bessarionis oratio in hac Sessione.

Huic Sessioni initium dedit Bessarion *Abbe Conc. prolixum fatis sermonem dicens, in* ^{to. 13. p. 35.} quo totus erat in deprædicandis concordie fructibus, exponens, quam ardentibus

Hist. Eccles. Tom. XXVII. B b bus

Sæcul. XV. bus votis pax expetenda foret, dum
A. C. 1438. procul abesse cerneretur: quanta ve-
 ro sollicitudine fovenda, atque con-
 servanda, quando quis beata illius fruitio-
 ne potiretur. Postmodum Fideles ad spi-
 ritus lætitiā excitabat, gratulatus, quod
 membra Ecclesiæ tamdiu a se invicem
 disjuncta brevi tempore unionis vincu-
 lo consociarentur, ejusdemque capituli
 membra & partes, & unius Pastoris ovi-
 le efficerentur: Denique magnificis ce-
 lebrabat encomiis summi Pontificis, Impe-
 ratoris, & Patriarchæ sanctum, piūque
 desiderium, quo pacem ac concordiam
 revocare impigro labore conarentur, et
 que hortabatur, ut forti animo fausta exor-
 dia ad supremum perfectionis terminum
 perducere satagant. Absolutam a Be-
 sarione orationem Marcus Ephesinus suo
 sermone excipere parabat; verum inci-
 nato jam in vesperam die ad sessionem se-
 quentem dilata est dicendi copia.

§. CXIII.

*Secunda Synodi Ferrariensis
Sessio.*

Idem p. 46. Nihilominus Marcum nonnisi in Sessio-
 ne III suam habuisse Orationem con-
 stat; nam in secunda, die Sabbati unde-
 cimo ejusdem mensis Octobris celebrata,
 Andreas Colossensis (sive Rhodius) Epis-
 copus